

Dicite heic mihi, scitis, quotquot iudicare potestis,
 quotquot eruditione plurimum scitis, dicite quotquot
 vestris: quid faciendum, quum concitatissima militum voces
 obsequunt: quum in foro armorum fragor aures ferit:
 quum in plateis hastae micant: quum in omnibus angulis
 hostes immitant: quum machinarum tormentorum
 tonitrus aërem concutiunt: quum faces per tecta volu-
 tant: quum gladii ferunt. Dicite, quid est facien-
 dum, quum omnes familias nocturnis diurnisque incur-
 sibus infestant hostes. Milites conscribendi sunt: arma
 paranda sunt: vis si repellenda. Nec enim cap alio
 modo, si visoletur, vindicari potest. Mars igitur, Mars
 est, qui nobis otia facit: Mars est, qui nobis tranquilli-
 tatem procreat. Et sane, quae posset esse securitas?
 quae tranquillitas, quae felicitas, si absq; bello respublica
 foret? De ceteris autem quid eloquar? quid
 dicam? Dicere me propter sermonis longitudinem
 piget. Loquuntur interim pro me totidem regna:
 loquuntur urbes: aëres, sicut ac pagi loquuntur: lo-
 quuntur templa: loquuntur curiae: loquuntur schola:
 loquuntur et omnia, quae fundamentis aeternis quam altis-
 sime sita sunt aedificia, atq; à bello se custodiri, à
 bello se conservari, à bello se vindicari, per bella
 omnia esse tuta ingenium fatentur. Profiliat
 igitur pennis heic pacis propugnator, attollat
 supercilia, suspendat nasum, frontem perscruet!
 Nihil is certe efficiet: ludos et iocos dabit.
 Res namq; omnes, omnia et negotia per bella in-
 tuto collocari, tam manifestum est: ut, negitare id quod